



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dispositio Et Perioche Historiae Evangelicae Per IIII.
Euangelistas contextæ, necnon Actuum apostoloru[m],
Epistolaru[m] quoq[ue] Pauli XIII. & Canonicaru[m] VII.**

Bullinger, Heinrich

Tigvri, 1553

VD16 B 9605

Liber I.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35634

EVANGELIVM
DISPOSITIONIS
ET PERIOCHES HISTORIAE
EVANGELICAE SECVN
DVM MATTHAEV M
LIBER I.

Caput 1.
Genus et
Natiuitas
Christi.



RIM O capite describit Matthæus genus
et natales Christi domini, e quibus secun-
dum carnem et iuxta prophetarum ora-
cula uerus homo genitus est. Generi conceptionem ac
natiuitatem ipsam subtexit, demonstrans Christum do-
minus pure conceptum esse spiritu sancto, et non ex
semine Ioseph, natum autem ex illibata Maria uirgine.

Cap. 2.

Reuelatur
Christus.

Deinde ostendit huc Christum natum esse Iudeis et Getibus:
quorum illi tamen Christum non magnopere curant, he-
tero diligenter querunt, inueniunt et adorant. Nam ut
Deus per celebri aliqua epiphania hoc mysterium salutis
orbi exhibetae declararet, mox ab initio incarnationis
dominicæ homines Orientales, magos inquam uiros uile-
delicet principes et sapientes excitat, qui stella instiga-
tore ex Oriente proficentes, regem et liberatorem
orbis quæsitus uenient Hierosolymam, ubi cum ipsorum
præconio increbuisse natum esse Messiam regem Israe-
lis, conuocat rex Herodes omnes Iudeorum sapientes tre-
pidus, iubetque ut diligenter de ortu ac patria Messiae pro-
phetarum

phetarum oracula excutiant. Hi mox respondent in
Bethlehem Iudeæ nascendum fore ducem Israelis Beth= 120
lehem ergo proficiscuntur magi, ubi et Messiam dominum
satis quidem pauperculum & uilem inueniunt, reueren= 130
ter tamen adorant, mysticisq; muneribus honorant, &
suo hoc facto testantur, primū quidem, hunc puerū, li= 140
cet abiectæ uideatur fortis, uniuersorum esse dominum,
Iudeorum & Genuin regem assertorem: deinde eun= 150
dem ab omnibus adorandum esse & colendum. Inter eas
ueteres artes exercet antiquus serpens, Herodem enim
Iudeorum regem excitat, ut Christum uerum Israelis
regem in herba extinguat. Proinde uerox & ambitio= 160
sus tyrannus crudelitate inaudita oras Bethlehemiticas
innocentissimo opplet infantium cruento, si forte in hoc
bimulorum infanticidio regem quoq; Israelis extingue= 170
re liceat: sed fecellit hominem impurissimum spes fune= 180
sta & nephanda. Subducitur enim angelo domini con= 190
sultore in Aegyptū dominus, ubi & latitat, donec par= 200
ricidam nepharium diuina exinguat ultio. Quæ qui= 210
dem prognostica fuerunt regni Christi, ac futurarū eccl= 220
sie rerum, in qua Christus unica salus toti orbi præse= 230
ctus rex, ab impijs semper oppugnatur, sed idem interim
salutem fidelium operatur, & patiendo uincit perpe= 240
tuo: ita tamen ut pijs nihilominus perpetuis exerceantur
tentationibus & afflictionibus in suam ipsorum utili= 250
tatem & gloriam.